Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 212

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 24.

Cod. CCXII.

Chartac: Fol: Sæc 15.

2

5.5.

1.

Nic: Lucii Esculani Sermones dominicales.

9a – 167a

Nicolai Lucii Esculani Sermones domini-
cales de evangeliis, et epistolis per annum.
Præmittitur præfatio ipsius authoris, quæ
incipit: "Dilecto sibi in Xto fratri Nycolao
ordinis fratrum predicatorum frater Nyco-
laus Lucius Escolonus prior faventinus ejus-
dem ordinis salutem tibi animarum pro-
fectum quem in nostro ordine intendimus
sicut ex beatissimi patris postri domini-
ci colligere possum" &c. In eadem præfa-
tione mentionem facit Jacobi de Voragi-
ne, Jacobi de Lausana, et Guidonis /: sci-
licet Bernardi :/ ac instituti operis rati-
onem reddit. Sermo primus de domini-
ca prima Adventus inchoatur: "Induimi-
ni Dominum Jesum Xtum Ro: 1o Lexan-
tiquorum regum fuisse dinoscitur." Quæ
de eodem authore, et præsenti Codice
Alva habet in Sole veritatis legi possunt
apud Quetif Script: Ord: Præd: T: I p: 566.

Nicolaus Lucius de Esculo, seu Ascu-
lo per syncopen etiam dictus Nicoluci-
us floruit ad annum 1330.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 212

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 25.

2

Liber de semine Scripturarum. 1692–1988

Rubrica sonat: "Libellus de semine Scripturarum semen cecidit in terram et ortum fecit fructum centuplum! Author mihi adhuc ignotus totus est in eo, ut ostendat, litteris alphabeti latini summa S. Scriptura contineri mysteria, prophetias &c. Ad dignoscendam authoris cabalisticam methodum nonnulla adduxisse juvabit. In ipso mox operis limine cuivis litterae occultam subdit notionem, cui stabiliendae totius opusculi negotium gravi conatu insistit. Incipit: "Assumet Benignus Carmen Domini nus Emanuel Feret Gratiam Homo Jesus Kalendarum Lux Mediator Nascitur Orbi Pacem Quarite Rursum Secundo Terribilis Veniet Xpc /: Christus :/ Ychiros Zelotes." Tum prosequitur: "Horum verborum capita alphabetum latinorum exprimunt Denique lingwe latine caput Romam esse novimus sicut jerosolima caput hebree lingwe. Tres autem principales que in omni terra eminent cuti domini ibtytulate sunt. 2 /: i : e :/ hebrea greca et latina. Viginti duas litteras hebrey greci XXiiij latini XX et unam habent Nam duas ceteras id est Y et Z latini et greci habent! &c. In his, et aliis planibus magna latere arcana autumat, et ne nobis somniare videatur, gravi supercilio primum caput in hunc modum inchoat: "Jam ad naturalem ordinem veniamus. Omnis prophecia ne de memoria deleatur sententiis Scripturarum libris commendata est. Et unde sententie nisi ex commate verborum Unde verba nisi ex syllabis Unde Syllabe nisi ex literis Littere igitur radices sunt et semen

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 212

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 26.



26. Cod. CCXII. n. 2.

" omnium scripturarum " plane sicut omnium ar-
" borum fructus sue fructificationis et ra-
" dicibus sumunt initium sic omnis scrip-
" tura cum suo fructu ex radicibus littera-
" rum procedit / proinde si scriptura radi-
" cem litteras habet et si prophecia latet in
" scripturis quomodo non latet in radicibus
" scripturarum " &c. Demum operi huic finem
imponit: " Hec quantum nobis sapere datum
" est de alphabeto dixisse sufficiat. Ecce hoc
" enim videmus impleri quod dominus ait in
" evangelio unum iota aut unus apex non
" transibit de lege donec omnia fiant / Dic
" quaeso quomodo iota aut apex implebitur
" in lege si non teneatur in semine scriptu-
" rarum cum apices nihil operentur sine in-
" tellectu et sensu proinde prophecias et in
" semine seu in radicibus scripturarum ne-
" quaquam ambigere nos convenit. "

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 212

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 27.

3

Comentar: in Cant: Cantic: 199a–203b

Commentarius brevis in Cantica Canticorum, in quo singula verba B. V. Mariae adaptantur. Incipit: "Gloriosa virgo maria typum ecclesie gerit; hac quadam praefatiuncula est; opus ipsum inchoatur: Osculetur me &c. Quem reges prophete non meruerunt videre! In fine: Hec de canticis dicta sufficiant.

4.

Tractatus de IV Virtutibus Cardinalibus. 204a–205b

Tractatus brevis de IV. virtutibus cardinalibus. Initium est: "Quatuor virtutes sunt cardinales – multorum sapientum sentenciis diffinite."

Cod: CCXIII.

Chartac: Fol: Saec: 15. 2 5.6.

1.

Ivoneti Suma de Secta Waldensium. 1a–5a

Ivoneti Summa de Secta Waldensium. Rubricam praesefert satis ineptam: "Tractatulus Valdensium de hereticorum conversacione." Incipit: "Ortus illius Secte que dicitur pauperes de Lugduno sicut a diversis audivi et a quibusdam ipsorum qui ad fidem conversi dum eorum interessem examinacionibus: sic se fertur habuisse." Exhibet hanc Sumam Martene in Thesau: Anecdot: T. V. Col: 1777. sub titulo: Tractatus de haeresi Pauperum de Lugduno auctore anonymo. Convenit

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 212

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27548

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)